Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Bedae expositio in Actus apostolrum - Cod. Aug. perg. 43

**Beda <Venerabilis>**

**[Reichenau ?], [14. Jahrh.]**

Prologus inseptem epistolas canonicas.

urn:nbn:de:bsz:31-64495

Visual Library

# INCIPIT PROLOGUS IN SEPTEM EPISTOLAS CANONICAS.

Iacobus. petrus. iohannes. iudas. sep
tem epistolas ediderunt. quas
ecclesiastica consuetudo catholi
cas. hoc est uniuersales cognomi
nat. In quibus ideo prima episto
la iacobi ponitur. quamuis in
catalogo apostolorum priores
soleant numerari petrus et iohan
nes. quia ipse hierosolymorum
regendam suscepit ecclesiam.
Unde fons et origo euangelicae
praedicationis incipiens. per or
bem diffusa ē. uniuersum; cuius
cathedrae dignitatem etiam pau
lus apostolus in eo nominando
uenerans ait. Iacobus cephas
et iohannes. qui uidebantur colū
nae esse. uel certe quia ipse duo
decim tribubus isrl̄ quae primae
crediderunt. suam epistolam misit.
merito haec prima poni debuit.
merito petri secunda. quia ipse
electis aduenis qui graece dicuntur
proselyti. hoc ē eis scripsit quidē
gentilitate ad iudaismum. de iu
daismo ad electionis euangelicae
gratiam conuersi sunt. merito
iohannis epistolae tertio loco sunt
positae. quia his scripsit ipse qui
de gentibus crediderunt. cum nec
natura nec professione iudaei ex
stitissent. Denique multi scripto
rum ecclesiasticorum in quibus est
et scs athanasius alexandrinae
praesul ecclesiae. primam eius
epistolam scriptam ad parthos
esse testantur. Merito iudae ul
tima ē posita. quia quamuis et ip
se magnus. tribus tamen praece
dentibus apostolis minor ē. uel
quia iacobi prima scripta ē. episto
la. Deinde petri. postea iohannis.
Ideo nunc usque ordinem quo scrip
tae sunt retinent. Constat enim
quia beatus iacobus trigesimo post
passionem dnī anno suum consum
mauit martyrium. petrus trige
simo octauo. hoc est ultimo anno
neronis passus ē. et ipse in secun
da sua scripsit epistola. Certus sū
quod uelox sit depositio taberna
culi mei. secundum quod et dn̄s

noster ihs xps significauit mihi per
reuelationem. Unde patet quia in
minente passione hanc scripsit epis
tolam. cum multo ante iacobus
migrauerit ad dnm. Neque ue
ro epistolas eius conueniebat ab
inuicem separari. quas isdem scrip
sit ecclesiis. Porro iohannes mul
to post tempore suas epistolas si
mul et euangelium scripsit. quan
do post occisionem domiciani re
uersus de exilio turbatam se ab
sente per hereticos repperit ec
clesiam. quos in suis epistolis per
cutiens saepe cognominat an
tixpos.

EXPLICIT PROLOGUS.

# INCIPIT TRACTATUS BEDAE PRESBYTERI IN EPISTOLA SCI IACOBI APOSTOLI.

IACOBUS DI ET DNI NRI
ihu xpi seruus duodecim tribub;
quae sunt in dispersione salute;
Dixit de hoc iacobo apostolus
paulus; Iacobus cephas et io
hannes qui uidebantur colum
nae esse dextras dederunt mihi
et barnabae societatis. ut nos
in gentibus. illi autem in circum
cisionem; Qui ergo in circum
cisione ordinatus erat apostolus.
Curauit eos qui ex circumcisione
erant sicut praesentes conloquen
do docere. sic et absentes per
epistolam consolari. instruere.
increpare. corrigere;

DUODECIM INQUIT TRI
bubus. quae sunt in dispersione;
Legimus occiso a iudaeis beato
stephano. quia facta ē in illa
die persecutio magna in eccle
siae quae erat hierosolymis. et
omnes dispersi sunt per regiones
iudaeae et samariae. praeter
apostolos; his ergo dispersis.
qui persecutionem passi sunt
propter iustitiam mittit epis
tolam. Nec solum his. uerū etiā
illis qui percepta fide xpi necdū
operibus perfecti esse curabant;
sicut sequentia epistolae tes
tantur. Necnon et eis qui etiā
fidei exosores durabant. quin
et ipsam incredentibus quantū